



**Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Antverpiae, 1647**

52. Litanias de Passione Domini quotidie piè recitat, aliaque edit signa  
tenerrimi in Crucifixum affectus., Leonardus Lessius, Belga.
- 
- 

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

## CVLTRIX CRVCIFIXI. 87

tate, pacatissimè expiravit, die xiv. Augusti, Anno M.DC.XVII. ætatis LXXXI.  
Societatis aditæ LXI.

Litt. Neapol. Elog. Vit. B. S.

## II.

### AMATOR CRVCIFIXI

*Litanias de Passione Domini quotidie  
piè recitat, aliq[ue] edit signa tener-  
rimi in Crucifixum affectus.*

**L**EONARDVS LESSIVS Belga, *Quo* 52.  
*nōn doctior, atque temperata vita san-*  
*ctius ordinem sequutus, Alter Belgiacis re-*  
*fulsus oris. Ut quidam canit, in cubiculi*  
*sui pariete hanc epigrahen fixerat: AMOR*  
*MEVS CRVCIFIXVS EST. Et erat ipse erga*  
*CHRISTI PASSIONEM teneritudine ani-*  
*mi insigni. Unde illi par studium pa-*  
*tiendi, & in adversis tolerantia tam ro-*  
*bussta, ut ipse fateretur, se ijs quæ patie-*  
*batur malis parem haud futurum, nisi*  
*peculiari fuisset auxilio divinitus adju-*  
*tus: morte graviora esse, & levius illis*  
*fore incendium, quo vivus conflagraret.*  
*Incredibilis illi dolor erat in vesica le-*  
*vanda, & cogebatur extremis temporis*  
*bus plus centies diei noctisque spacio*  
*ad eum cruciatum.*

*Orationi plurimum temporis dabat,*  
*eaq[ue] sola annis plurimis, quæ conficere*  
*solebat*

LEONARD  
DVS LES-  
SIVS Belga.

solebat itinera conficiebat. Litanias Lautretanas quotidie recitabat honori Magnæ Matris, cuius clientelam esse certissimam salutis arrham non ambigebat. Ab annis xxx. Litanias adjungebat de PASSIONE DOMINICA. Atque ab annis xx. Jubilum S. Bernardi: utraque nocte concubia, cum à lecto surgebat. Unum illi in malis solamen erat, CHRISTVS CRVCIFIXVS, cum quo, post sumpta Sacramenta piissimè expiravit, Lovanij ad diem xv. Ian. Anno M. DC. XXIII. Religionis LI.

Elog. Vit. Leß. Imago primi seculi Societ. lib. I.  
p. 7. T lib 6.p.8 47.8 48. 877. litt. Lovan. B. S.

## III.

## AMATOR CRVCIFIXI

In theatro supplicij pro Christo perpetuendi constitutus, manibus in Crucem decussatis amorem suum profitetur.

**H**ENRICVS GARNETVS Anglus, quem Bellarminus olim auditorem suum non dubitavit omni doctrinæ genere, & vitæ sanctitate incomparabilem appellare, cum annos XVII. Anglicanam Christi vineam, in summâ temporum acerbitate, magnis laboribus, vigilijs, periculisq; excoluisse, tandem in hostium Ecclesiæ

53.  
HENRICVS  
GARNETVS  
Anglus.